Divina aſſiſtente Clementia.

DISPUTATIONEM JURIDICAM

De

JURISDICTIONE.

SUB PRÆSIDIO

VIRI Nobiliſſimi, Conſultiſſimi & Excellentiſſimi

DNI. DAVIDIS SCHEINEMANNI, J Cti, & Illuſtris Collegii Profeſſoris Publici.

Patroni ac Studiorum ſuorum Promotoris æternâ lege devenerandi.

In Illuſtris Collegii Auditorio

Ad diem Octobr.

Publico Eruditorum examini proponit

JOACHIMUS RICKWANNUS à LANCKEN, Eq. Pom. Auth. & Reſp.

TUBINGÆ,

LITERIS REISIANIS.

ANNO M DC LXXIV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA V. EMANUELE

AUGUSTISSIMO ET PO-
TENTISSIMO

REGI AC PRINCIPI

DOMINO

CAROLO,

SUECORUM,
GOTHORUM,
WANDALORUMQUE

REGI,

MAGNO DUCI
FINLANDIÆ,

*DUCI SCANIÆ, ESTHO-
NIÆ, LIVONIÆ, CARELIÆ,
BREMÆ, VERDÆ, STETINI,
POMERANIÆ, CASSUBIÆ,
AC VANDALIÆ,*

PRINCIPI

RUGIÆ,

DOMINO INGRIÆ

AC WISMARIÆ,

NEC NON

COMITI PALATINO RHENI, BAVARIÆ, JULIACI, CLIVIÆ AC MONTIUM

DUCI,

&c. &c. &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

Felicitatem perennem!

REX AUGUSTISSIME
ET POTENTISSIME

Q*Uod ad* Majeſt.is Veſtr.æ *aram hasce exiguas tabellas humillimè deponere audeam, multæ ſanè & prægnantes aditum mihi pariunt cauſæ;* Auguſtum *enim* Nomen *CAROLI SUECICI jam in omnium ore verſatur, nullus eſt in Regno locus, quem* Veſt.ræ Majeſt.is *veneratio non occupaverit. Dediſti* Auguſtiſſime Rex *jamdudùm ea bonitatis & virtutis e-*

xempla, quæ ſequi cupiat ventura poſteritas; & ſi fieri poſſet, adſcribi ſibi voluiſſet antiquitas. Devotiſſimus quoque ego Venerator Tanti Nominis, *ut & devinctiſſimus ſubditus* Veſtr.ª Majeſt.ⁱˢ *religioſiſſimo obſequij ſenſu ſemper demiſiſſime veneratus ſum: Sedulò occaſiones captavi hactenus; quibus ſi non pietatem cumulatè explere, qualemcunque tamen obſequij devotiſſimi ſignificationem dare poſſem; usque dùm voluntati obſequioſiſſimæ aliquandò par reſponderet facultas; Et dùm in* Illuſtri, *quod* Tubingæ *floret* Collegio, *ex voluntate* Generoſi mei Domini Parentis PHI-

LIPPI

LIPPI CHRISTOPHORI à LANCKEN, Potentiſs.[mæ] Majeſt.[is] Veſtr.[æ] *in Regimine Pomeranico conſtituti Cancellarij*, de Jurisdictione *præſentem hanc conſcripſerim Diſputationem, deprehendi religionem fore, ſi* Auguſtiſſimo Veſt.[ræ] Majeſt.[is] Nomini, *hoc quicquid etiam eſt exercitij mei primi Academici non inſcriberem, ut æquè aliis publico venerer elogio, ac inſimul ſubmiſiſſimi animi reverentiam & humillimum obſequium æternâ devotionis lege circumſcriptum omnibus ſignificem: Non quod* Faſtigio Tanto Summoque hoc Splendore *rudem meam Minervam dignam æſtimem; Temeritatis quippe magnæ*

eſſe,

eſſe, ingenuè ipſe fateor, CAROLINO NOMINI AUGUSTISSIMOQUE SUECORUM REGI informem offerre chartam, ſed quod in facultate meâ pro tempore aliud nihil habeam, quo aditum occupem, quem apud Majeſt.[em] Veſtr.[am] *commendatione ſuâ modò nominatus Parens meus mihi aperire humillimè optat. Notum etiam mihi quod aliquandò Perſarum Monarcha oblatam à ſubdito aquam obſequij ſignum non rejecerit; Ergò Tu quoque* Rex Clementiſſime *devotiſſimâ mente oblatam* DISSERTATIONEM *hanc religioſiſſimi cultus, obſer-*

ſervantiæ & ſubjectionis meæ teſſeram Clementiſſimo Vultu reſpicere, Manuq́ȝ Gratioſiſſimâ acceptare non dedignaberis. Neque ſpes voti obtinendi aut veniæ ad minimum impetrandæ deficit, cum Prudentiſſimi æquè ac Clementiſſimi Regis Heroica vereque Avita Virtus, Solis inſtar, non ſolùm ſuo Fulgore digna curare, ſed & infrà jubar Altitudinis Suæ poſita radiis Clementiæ illuſtrare conſueverit. Quod reliquum eſt, D. O. Maximum calentibus ſuſpiriis oro, ut Majeſt.[ti] Veſt.[ræ] *proſperòs etiam ſuprà vota ſucceſſus largiatur, eandemque quàm diutiſſimè incolu-*

mem perpetuoque felicem in Magni Regni Suecici *Majorem Amplitudinem & Maximum Incrementum, mei meorumque ſtudiorum Auguſtum Patrocinium ſervet ac tueatur.*

Auguſtiſs.mæ Majeſt.is Veſt.ræ

Ex Illuſtri Collegio Tubingenſi, die 21. Septembr. Anno Chriſti, 1674.

Subjectiſsimus & devotiſsimus

Cliens

JOACHIMUS RICKWANNUS à Lancken.

I. N. J.

JVrisdictionis materia vix ulli quidem in jure uſu & dignitate cedit. Quin & ardua eſt, tot tantisque ſcatet difficultatibus, ut non minùs hodiernis moribus, quam Jure Romano in pelago verſari dicatur Benedict. Carpzovio *lib. 1. Reip. Elector. 49. num.* 5. & Obrechto teſte, in nullis aliis juris partibus æquê graviter hallucinati ſint Doctores pragmatici, *tract. de jurisdict. cap. 1. num. 3.* indeque ampliſſimum doctrinæ inſtrumentum, variaque non literarum modò, ſed uſûs etiam ac prudentiæ præſidia in ſcripturo de eadem deſideret Scip. Gentil. *de jurisdict. in præfat.* Cum tamen â pluribus jam integris ſit illuſtrata tractatibus, & vix quicquam de eâ dici poſſit, aliorum ore indictum: maluiſſem, ſi mei eſſet arbitrii, in ſelectiori quodam argumento in-

to ingenii vires experiri. Sed quia præ cæteris idoneum hoc viſum illis, quorum juſſa religiosè veneror, quique longo rerum uſu edocti, quam verè Paulus JCtus ſcripſerit, *quotidiana præprimis eſſe tractanda*: Sola obſequii gloria contentus, ex alienis floribus apium more colligam. Quo minus autem de Jurisdictione, ut ipſa auguſtiori ſenſu *ſuperioritatem territorialem* dicit, & in potiſſimas juris publici ſeſe diffundit partes, de quâ Tob. Paurmeiſter, Joachimus & Matth. Stephani, Thom. Michaël & alii, ex deſtinato agam, temporis anguſtia prohibet. Illa itaque, quæ *judiciariam* tantùm *poteſtatem* denotat, & ex uſu LL. Romanarum meliori jure ſibi hanc vocem vindicat, præſentis Diſſertationis thema erit.

THESIS I.

DE nomine Jurisdictionis hîc multa præmittere, nihil attinet. Etymologiam enim, quod ſcilicet *à jure dicundo* derivetur, vox ipſa ſatis prodit, ut mirum ſit in re adeò manifeſta diverſum quid ſenſiſſe Azonem, aliosque in ſuam opinationem traxiſſe non infimi ordinis viros. vid.

vid. Matth. Berlich. *concluſ. pract. part. 1. concl. 1. num. 5.* Matth. Stephan. *in tract. de Juriſdict. l. 1. cap. 1. num. 11.* Homonymia itidem apud Dd. paſſim proſtat. Sex hujus vocabuli ſignificationes, quod ſcilicet accipiatur, 1. Pro ſumma rempublicam adminiſtrandi poteſtate. 2. Pro certa locorum regione. 3 Pro Edicto Prætoris. 4. Pro jure ſeu neceſſitate. 5. Pro exercitio Jurisdictionis, & denique 6. Pro poteſtate juris dicendi & reddendi, noviſſimè proponit & juris textibus firmat Johann. Verſtegen. *in Diſſert. de Jurudict. aſſert. 1. num. 2.* quæ poſterior hujus loci eſt, in eaque brevitèr deſcribi poteſt Jurisdictio, quod ſit publica de cauſis ſubjectorum cognoſcendi & ſtatuendi poteſtas: ſive eſt: Publica cauſas ſubjectorum ſingulares ſecundum jus conſtitutum ordinandi & determinandi poteſtas. Celeberrimus Dominus Lauterbach. *in prælect. ad tit. π. de Juriſdict. §. 1. n. 1.*

II.

Jurisdictionem, qualis præſertim ipſa hodiè eſt, exactè dividere, ejusque ſpecies, quæ paſſim occurrunt definire omnes, difficilè, imò ob variantes hâc in re locorum mores, à quibus magis, quam legibus ſcriptis dependet, Magnificus Dn. Myler. *in tract. de Princip. & Stat. Imper. part. 2. cap. 48. num. 4.* vix poſſibile erir. vid. Carpzov. *de proceſſ. tit. 2. art. 1. n. 6. & ſeqq.* Paul. Matth. Wehner. *in obſerv. pract. voce* Vogthey. Tantus enim illarum extat cumulus, ut magis ridiculè, quam ineptè quidam exclamarit: **daß er ſeinem gnädigen Herren alle Obrigkeit und** Jurisdiction **auff und unter der Erden/auch ſo viel noch künfftig erdacht werden möchten/ iſt als dann/**

und dann als itzt per expreſſum vorbehalten haben wolte/ referente ex Adam. Keller. Carpzovio *dict. reſp. 49. n. 4.* Ex illis itaque, quas uſus introduxit potiores cum jure Civili proditis hìc propoſuiſſe ſufficiat. Dividitur autem Jurisdictio I. in Criminalem & Civilem: quam diviſionem uſu quidem receptam, ſed jure Romano incognitam, in eoque merum imperium à jurisdictione planè ſeparatum eſſe contendunt Bernh. Sutholt. *aphor. 101.* Arn. Vinn. *cap. 1. num. 1. & ſeqq.* Henric. Hahn. *in not. ad Weſenb, num. 2.* Verſtegen. omnes *de jurisdict. aſſert. 1. num. 3.* Verùm etiam hoc jure jurisdictionem in generali & nativâ ſuâ ſignificatione continere Merum Imperium tanquam ſpeciem, *arg. l. 2. §. 16. & 23. ff. de Orig. jur. l. 1. pr. de offic. ej. cui mand. l. 7. §. 2. ff. de offic. Proconſ.* probant & pluribus demonſtrant Scip. Gentil. *de jurisdict. l. 1. cap. 2.* Georg. Frantzk. *ad ff. eod. tit. num. 3. & ſeqq.* Joh. Jacob. Wiſſenb. *diſp. ad ff. 6. num. 6.* Criminalis Jurisdictio, quæ in LL. Romanis Merum dicitur Imperium *l. 3. ff. de jurisdict.* quaſi ſejunctum non ab omni, ſed ſimplici tantùm Jurisdictione Wiſſenb. *dict. loc.* hodiè Dd. Superior ſeu Alta, Germanis Ober-Blut-Halß-Cent-Malefitz-Gericht. ꝛc. Paul. Matth. Wehner. *in obſ. pract. voce* Zent. Dominus Myler. *dict. cap. 48. num. 6.* ad cauſas criminales ſpectat, & eſt publica de cauſis criminalibus juris dicendi & ſtatuendi poteſtas Dominus Lauterbach. *d. tr. §. 9. §. 4.* Civilis hodiè Dd. Inferior ſive Baſſa Germ. Vogtey/ de quâ voce poſt Wehner. *d. l.* Theodor. Reinking. *de reg. ſecul. & Eccles. lib. 2. claſſ. 2. cap. 17. num. 57. & ſeqq.* eſt, quæ ſuper cauſis civilibus exercetur.

III.

III.

II. In Eccleſiaſticam & Secularem Ahasver. Fritſch. *part. 1. Exerc. jur. public. 8. concl. 1.* Illa ad cauſas Clericorum plerasque & Laicorum ſpirituales, Carpz. *in Jurispr. Conſiſt. lib. 3. def. 3. n. 1. & ſeqq.* Hæc ad cauſas ſeculares pertinet.

III. In Civilem ſeu Togatam & Militarem: Illa in cives ſeu paganos: Hæc verò in militares viros exercetur. *l. 6. C. de jurisdict. ibiq;* Brunnem. *& Dd. communitèr*, *l. 2. C. ubi de cur. vel cohort. l. pen. C. de judic.* It. Brunnem. *ad l. 1. C. de offic. mag. milit.* Jacob. Mæſtert. *ſed illuſtr. mater. tit. de jurisdict. & imper. pag. 56.*

IV. In Perſonalem ſeu Adminiſtratoriam, quæ perſonis ratione officii competit, ac cum illis extinguitur: qualis Jure Romano fuit omnis Jurisdictio, nulla in patrimonio aut dominio ſubditorum exiſtens. Georg. Frantzk. *de jurisdict. num. 32.* Reinking. *d tr. l. 1. claſſ. 5. cap. 1. num. 18.* & Realem ſeu Patrimonialem, quæ in alicujus eſt patrimonio & ad hæredes transmittitur. Hahn. *dict. tit. n. 8. ad verb. prorogata.* Jacob. Mæſter. *dict. tit. pag. 72.*

IV.

Subdividitur Civilis, quatenus criminali opponitur, in LL. Romanis V. in Ordinariam, quæ jure ordinario & more à majoribus recepto Magiſtratui, qua tali competit: & Extraordinariam, quæ ex ſpeciali Legis vel Principis conceſſione venit. Vinn. *dict. tract. cap. 6. in pr.*

VI. In

VI. In Voluntariam, quæ in volentes tantùm & in idem conſentientes authoritatis & ſolennitatis gratia: & Contentioſam, quæ in invitos & contradicentes exercetur: Frantzk. *in Comm. ad d. tit. num. 7. & 13.* Dominus Georg. Adam Struv. *Exerc. ad π. 4. theſ. 67.*

VII. In Propriam, quam proprio Jure: & Alienam, quam alieno jure quis exercet, *l. 5. ff. de jurisdict.* quæ iterum vel Mandata eſt, quæ vice & nomine mandantis. *l. 1. §. 1. & l. 3. ff. de offic. ej. cui mand. l. 16. ff. de Jurisd.* vel Prorogata, quæ ex voluntate partium extra terminos ſuos exercetur. *l. 1. C. de Jurisd. l. 1. & 2. ff. de judic.* Dominus Lauterbach. *in prælect. dict. tit. §. 7. & 8.*

VIII. Juxta Feudorum conſuetudines in Feudalem, quæ circà res feudales: & Allodialem, quæ circà allodiales verſatur. Franc. Mantic. *de tacit. & amb. convent. l. 23. tit. 6. num. 50.* plures diviſiones paſſim apud Dd. reperiuntur, quas hic recenſere omnes nimis longum foret.

V.

Summa juris dicendi poteſtas à DEO, tanquam fonte omnis legitimæ poteſtatis, *Nov. 6. in præf.* data eſt illi, penes quem in Republica eſt τὸ κύϱιον ſeu Majeſtas, ſive illam populus habeat, ſive optimates, ſeu Princeps, Reinh. Bachov. *in not. ad π. Weſenb. tit. de Jurisdict. n. 9.* Cui ſicut leges ferendi, ita etiam ſecundum leges ſtatuendi ſupremum arbitrium eſt. Fruſtra enim, ait Jacobus VI. Britanniæ Rex, ferrentur leges, niſi & qui eas

fert,

fert, haberet poteſtatem exequendi & in delinquentes animadvertendi. *lib. 2.* δωρῶν βασιλ. Undè hæc ipſa à Dd. ad Majeſtatis jura refertur. vid Dn. Struv. *in ſyntagm. jur. feudal. cap. 6. aphor. 18.* & Philoſopho tertia Reipublicæ pars dicitur *4. Politic. cap. 14.* Quam quidem Joh. Bodin. *lib. 1. de republ. cap. 10. num. 13.* contendit Majeſtati non eſſe propriam, quod omnibus ferè Magiſtratibus æquè ut Principi competat: Sed fruſtrà. Majeſtati enim ineſt Jurisdictio in longè excellentiori gradu, radicalitèr ſcilicet & independenter; cum illa, quam Magiſtratus habet, dependens ſit & Majeſtatis imperio ſubjecta. vid. Herm. Conring. *in tract. de autor. & offic. Maj. circ. ſacra, num. 9.* Herm. Vultej. *de judic. lib. 1. cap. 4. n. 23. & ſeqq.* & indè ab his ad Majeſtatem provocatio patet, quæ in hâc deſinit. Semper enim, ut ſcitè ſcribit Henning. Arnis. cum ordine Magiſtratuum aſcendit provocatio, donec ad ſummam terminetur poteſtatem, in quâ & ipſam figi & quieſcere neceſſe eſt, *in doctrin. polit. cap. 11.* Sicut rivuli à mari fluentes, cum ad mare reverſi ſunt, quieſcunt. Æneas Sylv. *in tract. de ort. aut. Imper. cap. 22.* Petr. Gregor. Toloſan. *lib. 9. de republ. cap. 1. num. 38.*

VI.

Non autem Secularis tantum, ſed Eccleſiaſtica quoque Jurisdictio penes civilem poteſtatem reſidet. Ad hanc enim externa ſacrorum cura, cujus non poſtrema pars Eccleſiaſtica Jurisdictio eſt, juxtà ſacræ ſcripturæ & ſana civilis doctrinæ principia omninò ſpectat, uti prolixè demonſtratum ivere Hugo Grot. *tract. de Jure Imper. circ. ſacr.* Johan. Gerhard. *de Magiſtr. Polit.* Henric. Gebhard. *de poteſt. ſeu regim. Eccleſiaſt.* Bened. Carpzov.

C *in*

in Juriſpr. Conſiſt. lib. 1. dif. 1. Herman. Conring. *in dict. tract. theſ. 25. & ſeqq.* Dn. Johan. Strauch. *Exoter. Diſput. 5. th. 1.* Et quamvis eidem ſeſe cum ſuo Clero ſubtraxerit Præſul Romanus, & Jurisdictionem hanc omnemque reliquam poteſtatem eccleſiaſticam, ſibi ac ſuis Epiſcopis appropriaverit. Vid. laudati *DD. dd. locu*, ubi occaſionem, qua dominatio ejus in tantùm ſuccreverit, exponunt: In terris tamen Statuum Auguſtanæ Confesſionis per Tranſactionem Paſſavienſem & ſubſecutam pacem religioſam, quæ in Pacificatione Oſnabrugenſi *artic. 5. num. 1.* diſertè confirmata reperitur, non tantum Pontificiorum Epiſcoporum poteſtas ſuſpenſa, ut exiſtimavit Nicol. Everhard. jun. *vol. 2. conſil. 1. num. 178.* Sed etiam ad prædictos Status jure quaſi poſtliminii effectivè devoluta. Reinking *dict. tract. lib. 3. claſſ. 1. cap. 7. num. 19. & ſeqq.* Chriſtian. Weber *de jure conſiſtor. cap. 6.* Dominus Struve *de jure ſacro. ad l. decernimus 13. C. de Epiſcop. aud.* Philipp. Andr. Burgold. *ad dict. art. 5. Pacis Oſnabrugg.*

VII.

Cum autem ad exercendam in quacunque reipublicæ parte jurisdictionem ſumma poteſtas, etiamſi πανόπτης eſſet, qualem Argum fuiſſe Poetæ referunt, ſua unius opera non ſufficiat, aliorum hâc in parte miniſterio uti ſolet, quibus adminiſtrationem ejus committit, id quod non uno ubivis contingit modo. Jure Juſtinianeo Criminalis, ut & Extraordinariæ Jurisdictionis exercitium nemini obveniebat ſine ſpeciali legis, & quæ huic reſpondent SenatusConſulti, Plebiſciti, aut Principis conceſſione. *l. 1. ff. de offic. ej. cui mand.* Scip. Gentil. *dict. tract. lib. 3. cap. 20.* Bachov.

chov. *ad τὰ πρῶτα rubr. de imper. mer. num. 3.* & ad Treutler. *vol. 1. Diſp. 3. th. lit. E.* Hahn. *in not. ad π. Weſenb. tit. de offic. ejus cui mand. num. 3.* Quæ tamen conceſſio ut in ſingulis cauſis vel quolibet individuo ſpecialiter repeteretur, neceſſe non erat, ſed etiam in univerſum & ſub nomine officii, qui ſcilicet hoc vel illo officio, puta Prætoris, Præſidis, &c. fungeretur, fieri ſolebat. *l. 3. ff. de tut. vel cur. dat.* & nihilominus eo quoque modo lege tributa, & non more majorum, non jure Magiſtratus competere dicitur jurisdictio Vicent. Cabot. *Diſput. jur. publ. & priv. lib. 2. cap. 7. pag. m. 215.* Scip. Gentil. *dict. tr. lib. 2. cap. 13.* Vinn. *d. cap. 5. n. 4.* Ita Ulpian. *in l. 1. ff. de offic. Præf. urb.* cautè inquit: *Omnia omninò crimina* Præfecturam urbis ſibi vindicare: Et ex Oratione Severi Idem Ulpian. *in l. 1. §. 1. ff. de reb. eor. qui ſub tut.* tradit: *Quod ſi fortè æs alienum tantum erit, ut ex rebus cæteris non poſſint exſolvi: tunc* Prætor Urbanus *Vir clariſſimus adeatur.* Qua ſpeciali conceſſione opus haud fuit in Ordinaria & Simplici Jurisdictione, ſed illam Magiſtratus tacito jure ex ſola creatione immediatè à populo vel Principe acquirebat: quæ propterea Jure Magiſtratus & more majorum competere dicitur, *in l. 5. ff. de jurisdict.* quod ſcilicet illam Magiſtratus habeat ex natura officii ſui, cum ob eam ab initio conſtitutus ſit. Jacob. Mæſtert. *dict. tract. tit. de jurisdict. & imper. pag. 56.* Hujus ordinariæ jurisdictionis exercitium proindè Mandato eorum, qui proprio illam jure habent, etiam in alium more à majoribus recepto transferri poteſt. *d. l. 5.* quæ Mandata ſeu Delegata Jurisdictio dicitur. *l. 6. ff. h. t.*

VIII.

Quin & Voluntas partium juriſdictionem extra terminos ſuos quandoque extendit & prorogat: eaque vel expreſſa, cum ſcilicet aperta conventione ſe quis ſubjicit juriſdictioni judicis non competentis, aut quem aliàs præſcriptione fori ob privilegium declinare poſſet: quæ ſi nudo pacto ſit declarata, impunè ab una parte, *priusquam judex audeatur*, revocari poteſt de Jure Civili, *l. 18. ff. h. t.* niſi fortè præſcriptione fori, quod ex privilegio competit, ſit renunciatum *l. pen. C. de pact.* Georg. Frantzk. *h. t. num. 47.* Vinn. *d. tract. cap. 11. n. 5.* Brunnem. *ad d. l. 18. num. 1.* ſi ſtipulatione ad intereſſe vel pœnam revocans tenetur. Vinn. *d. l.* vel tacita, quæ facto declaratur, & colligitur vel ex litis conteſtatione (non ſola dilatoriæ exceptionis oppoſitione, nec cautionis præſtatione vid. Verſtegen. *dict. aſſert. 1. n. 40. & 41.*) coram incompetente judice, omiſſa fori exceptione, à ſcientibus facta *l. 4. C. h. t. l. 2. pr ff. de judic.* vel ex judiciaria conventione coram judice rei inſtituta *l 14. & ſeq. auth. C. de ſent. & interloc.* Vinn. & Verſteg. *loc. citat.* Dn. Lauterbach. *dict. tit. § 8. num. 3.*

IX.

Perſonalem ſeu Adminiſtratoriam juriſdictionem hodiè cum officio, cui ipſa cohæret, conferunt non tantùm Imperator & Status Imperii, ſed etiã alii, qui vel patrimonialem juriſdictionem, aut ex ſingulari privilegio eam conferendi poteſtatem habent. Realis ſive Patrimonialis ab Imperatore tanquã fonte omnis ju-

ris-

riſdictionis Henric. Roſenth. *de feud. cap. 12. concl. 3. n. 5.* vel aliis jus ſuperioritatis habentibus ab initio conceditur, iisdemq; modis & titulis, quibus alia jura patrimonialia, acquiritur, & ita acquiſita poſtea in ſucceſſores tam ſingulares quam univerſales, cum re ipſa, cui tanquam ſuo ſubjecto immediatè inhæret, transfertur; vel per ultimam diſpoſitionem, aut inter vivos, & quidem voluntate vel vera per quaſi traditionem ex juſta cauſa, puta donationis, venditionis, permutationis, feudi, &c. factam vid. Dn. Lauterbach. *dict. tit.* §. *11*, *n. 4. & 5.* vel ficta aut præſumpta, ut præſcriptione, quâ jure civili quidem jurisdictio non poterat acquiri, per ea, quæ poſt Bachov. tradit Hahn. *dict. tit. n 9. verb præſcriptione.* Vinn. *dict. tract. c. 12. num.* 8. Mæſtert. *d. t. de jurisd. pag. 68.* Sed hodiè hæc patrimonialis poteſt, ſicut alia jura incorporalia & quidem longo tempore. Bach. *ad Weſenb. num. 9.* Dn. Struv. *Exerc. ad ff. 43. theſ. 16. in fin.* modo adſit ſubjectum habile Bachov. *ad Treutl. d. diſp. 3. theſ. 7. lit. C.* Vinn. *dict. num. 8.* Videtur autem prædictis modis à ſuperiore jurisdictio ita conceſſa, ut quidem in primâ inſtantiâ concedens eam ibidem exercere aut litem ſine juſta cauſa avocare non poſſit: retineat tamen jurisdictionem, quæ jure ſuperioritatis territorialis competit, quam abdicaſſe per ejusmodi conceſſionem non intelligitur, ſed eam cauſa per appellationem vel alia ratione ad ipſum delata, exercere, ejusque vigore ſubditos illius, cui jurisdictionem conceſſit, immediate citare & omnia, quæ ad jurisdictionem ſpectant, in ſuo territorio peragere valeat: adeòque propriè loquendo non *privativè* nec *cumulativè* ut Dd. volunt vid. Carpz.

lib. 2. reſp. Elect. 11. num. 9. & ſeqq. ſed *ſubordinatè* potius conceſſa videtur jurisdictio. vid. Frantzk. *lib. 1. reſol. 18.* Dn. Struv. *Syntag. feud. cap. 6. aph. 18. n. 5. & 6.*

X.

Quid autem quantumvè ita conceſſum videatur, præprimis ex verbis eſt judicandum. Si villa, pagus, caſtrum cum omnimodâ & pleniſſima jurisdictione in feudum fuerit datum v. g. **wir belehnen dich mit dieſem Flecken ſampt allem Gericht/ ſampt aller Obrigkeit:** quin conceſſum ſimul merum imperium ſeu alta, ut Dd. loquuntur, Jurisdictio intelligatur, dubio videtur carere. Scip. Gentil. *d. tr. lib. 3. cap. 23.* Hieron. Treutler. *vol. 1. Diſp. 3. theſ. 4. lit. F.* Philipp. Matth. *ad l. 70. ff. de reg. jur. num. 9.* Carpzov. *Diſp. Feud. 4. theſ. 24.* Imò & jure Civili ſub omnimoda & pleniſſima jurisdictione merum imperium comprehendi aſſerit Mæſtert. *dict. tract. pag. 67.* Scip. Gentil. *dict. cap. 23.* quibus contradicit cum aliis à ſe allegatis noviſſimè Verſtegen. *in diſſert. de imper. mer. & mixt. aſſert. 1. num. 26.* Si verò ſine adjectione generalium illorum terminorum ſimpliciter datum ſit caſtrum cum jurisdictione, **mit den Gerichten** / non addita vocula **ober oder nieder**/ an tum quoque merum imperium videatur conceſſum, propter nimium variantes Dd. ſententias vix certi quid definire licet. Carpzovius ſibi hîc non conſtat in *dict. diſp. feud. 4. theſ. 24.* negativam fovet: à qua recedit & affirmativam defendet *in Jur. For. part. 2. conſt. 4. definit. 6. in prax. crim. quæſt. 109. num. 89.* it. *de proceſſ. tit. 2. art. 1. num. 71.* vid. Andr. Knich. *de veſtit. pact. part. 1. cap. 1. num. 54. & ſeqq.* Nobis videtur diſtinguendum, an merum imperium ipſi caſtro cohæreat & Princeps vel alius prior poſſeſſor antè mero imperio uſus ſit in illo caſtro tanquam ejus annexo: An

non

non cohæreat & Princeps mero imperio ſpeciatim vel-ut annexo ibi non ſit uſus, ſed è diverſo ſub generali cognitione Principatus ſui. Priori caſu merum etiam imperium ſub nomine jurisdictionis tranſlatum intelligitur, maximè ſi concedens dixerit cum pertinentiis, aut uſus ſit generali territorii, aut diſtrictus verbo: Secus poſteriori. vid. Paul. Bus. *ad l. 1. pr. de offic. ej. cui mand. num. 7.* Bachov. *dict. Diſp. 3. theſ. 6. lit. F.* Chriſt. Philipp. Richt. *ad auth. Habita C. ne fil. pro patr. pag. 143.*

XI.

Feudalem Jurisdictionem ex diſpoſitione juris feudalis contractus inter Dominum & Vaſallum de feudo initus producit Henric. Roſenth. *de feud. cap. 12. concl. 3. num. 9. & concl. 5. num. 41.*

XII.

Summam juris dicendi poteſtatem in Republica Romana ab initio habuere Reges, quorum manu teſte Pomponio *in l. 2. §. 1. ff. de Orig. Jur.* omnia gubernabantur: qui cauſas criminales ipſi tractabant aliis in conſilium adhibitis, ut *ex Liv. lib. 1. circà finem* apparet, ubi tanquam ſpeciale notat, Tarquinium Superbum, metus incutiendi gratia, cognitiones capitalium rerum ſine conſiliis per ſe ſolum exercuiſſe. Expulſis Regibus ad Conſules quidem pervenit illa poteſtas, ſed non diu illibata ſtetit. Criminalis enim Jurisdictio brevi ab ipſis ad populum L. Valeria tranſlata, eaque cautum: *ne in caput civis Romani injuſſu populi animadvertendi jus eſſet. d. l. 2. §. 16.* Plutarch. *in vit. Public.* Quam poſtea ſecuta lex XII. Tab. *De capite civis Romani, niſi per maximum Comitiatum ne ferunto. in fragm. L. XII. tit. de pœn. 28.* relicta Conſulibus in levioribus criminibus modica coercitione,

ne, in gravioribus ſola notione: quæ ipſa cum magis negotioſa, quam honorifica eſſet, quæſtoribus criminum & aliis eo fine creatis ipſa commiſſa. vid. *d. l. 2. de orig. jur.* Translata deindè per L. Regiam ſumma Reipublicæ ad Principes, ipſi ſuo & proprio jure cœperunt habere criminalem jurisdictionem ſive merum imperium. Ex ſpeciali autem conceſſione exercuere illud Magiſtratus majores ut Præfectus Prætorio, Præfectus urbi, Proconſules & alii, quos hîc recenſere omnes non attinet. vid. Obrecht. *dict. tract. cap. 6.* Mæſtert. *dict. tit. de jurisdict. & Imper. pag. 66,* Anton. Matth. *de crim. ad lib. 48. ff. tit. 13. cap. 5. num. 2. & 3. & alij, qui de judic. & Magiſtrat. Romanor. ſcripſere* Coral. Sigon. Juſtus Lips. It. Johann. Roſin. *in antiquit.* In militia in ſpecie Magiſter militum *l. Magiſteriæ. 6. C. de jurisd. omn. jud.* in quem à Præfecto Prætorio Conſtantinus Imp. Diſciplinam militarem primus transtulit, referente ex Zoſimo Dion. Gotofred. *ad rubr. C. de offic. Mag milit.*

XIII.

Merum autem Imperium illi non habuerunt proprio jure, ſed tantum ejus exercitium, ita ut Lotharius & æquum dixerit & ex ſponſione apud ſequeſtrum Henricum Lucenburgenſem depoſitum equum præ Azone jure tulerit Andr. Alciat. *lib. 2. paradox. cap. 6.* Scip. Gentil. *d. lib. 3. cap. 3.* Anton. Merend. *controv. jur. lib. 5. cap. 1. num. 14. & 15.* Vinn. *d. tr. cap. 4.* Diſſ. cum communi Dd. ſchola Obrecht. *d. tr. cap. 4. num. 8.* Mæſtert. *dict. tit. de jurisd. p. 66.* Wiſſenb. *d. Diſp. 6. theſ. 18.* Unde nec illud mandare potuerunt *l. 1 de offic. ej. cui mand. l. 6. pr. ff. de offic. Proconſ. l. 70 de Reg. jur.* quod in re tàm gravi, in quâ pœnitentiæ & emendationi erroris locus haud relin-

linquitur, nec reſtitui in integrum læſus poteſt, induſtria, prudentia & probitas certæ perſonæ, cujus authoritate illa explicetur, videatur electa Bachov. *d. Diſput. 3. theſ. 6. lit.* C. Scip. Gentil. *dict. lib. 3. cap. 27.* meritiſſimus Dominus Lauterbach. *de differ. jur. Comm. & Würtenb. in cauſ. crim.* §. *4. num. 1.* Niſi in caſu abſentiæ juſtæ & neceſſariæ *dict. l. 1. in pr.* ubi id quidem nominatim in L. Julia de vi cavetur, ſed à Dd. communiter & meo quidem judicio rectè ad quæcunque publica, ut & ad caſum infirmitatis, quæ Magiſtratum officio ſuo fungi impedit, extenditur Bachov. *dict. theſ. 6. lit. D.* Brunneman. *de proceſſ. inquiſit. cap. 3. num. 53.* add. *Ordin. Crim. Car. V. art. 2.* Diſſ. Wiſſenb. *d. Diſp. 6. theſ. 12.* Joh. à Sande *ad l. 70. de R. I.*

XIV.

Simplex civilis & ordinaria Jurisdictio apud Romanos competebat Magiſtratui, ab quem cum eo fine ab initio creatus ſit, ut de cauſis privatis inter contendentes jus diceret, illa jurisdictio propterea proprio jure pertinebat. Neque enim fas erat ſummam poteſtatem leviuſculis illis negotiis diſtringi & abduci à Reipublicæ cura. Hinc Tiberius *apud Tacitum lib. 3. annal. Non Ædilis*, inquit, *aut Prætoris*, *aut Conſulis partes ſuſtineo: majus aliquid, aut excelſius à Principe poſtulatur.* Ipſos tamen Romanos Principes, ut captarent auram popularem, etiam in privatis cauſis juri reddendo ſæpius operam dediſſe autor eſt Sueton. *in Auguſt. cap. 3. & alij AA. hiſtorica ſcriptores.* Ita de ipſo Tiberio idem Tacit. *lib. 1. annal.* ſcribit: *Judiciis aſſidebat in cornu tribunalis, ne Prætorem curuli depelleret*: cujus & paſſim in jure exempla occurrunt, ut *l.*

3. ff. de his quæ in teſt. del. add. *§. 6. Inſtit. de jur. nat. gent. & civil.* ibi: *vel cognoſcens decrevit.* Omnes autem hoſce Magiſtratus, inter quos Prætor eminet, cujus officium propterea JCtus appellat officium jurisdictionis in *l. 1. §. pen. ff. de poſtul.* Vultej *de jud. lib. 2. cap. 4. num. 482.* eorumque varia officia hîc exponere non licet. vid. author. ſupra citat. Illud hoc loco ſaltem notamus, quod, quamvis nullus ſine jurisdictione reperiatur Magiſtratus Scip. Gentil. *dict. tr. lib. 2. cap. 2.* in majori tamen, velut Prætore, Pro-Conſule & ſimilibus, jurisdictio etiam fuerit plenior & in excellentiori gradu: in minori verò ut Duumviris & Magiſtratibus municipalibus, qui particulam tantum habuerunt, minus plena & in gradu humiliori: indè quæ non ſunt cujuslibet Magiſtratus, paſſim in jure dicuntur eſſe magis imperii h. e. ſuperioris poteſtatis, quàm jurisdictionis vulgaris ſcilicet, quæ & minoribus magiſtratibus ineſt in *l. 26. ff. ad municip. l. 32. ff. de injur. l. 2. de in jus voc.* Frantzk. *h. t. num. 25.*

XV.

Hodiè in Imperio univerſo, quatenus illud ut una civitas conſideratur, ſumma juris dicendi poteſtas eſt penes Imperatorem & Status, quam ipſi vel unà exercent per Judicium Camerale quod Spiræ eſt, indeque vocatur daß Keyſerliche und Reichs-Cammer-Gericht zu Speyer. *in Capitul. Leopoldi Imp. art. 18.* & publica imperii lege ordinariam accepit Jurisdictionem Vultej. *de judic. lib. 1. cap. 4. num. 44. & ſeqq.* & noviſſimè Jacob. Blum *de proceſſ. Camer. tit. 25. num. 6. & ſeqq.* quam ipſe Cæſar, quod per modum conventionis in illud conſenſerit, impedire aut cauſas ibi pendentes avocare nequit.

Andr.

Andr. Gail. *lib. 1. obſ. 41. num. 4.* vel Imperator ſolus in Judicio Aulico Keyſerliche Reichs-Hoff-Rath. vid. Reichs-Hoff-Rahts-Ordn. *tit. 1. in pr.* de quo dicaſterio noviſſimè elegantem diſſertationem edidit Dn. Ahasv. Fritſch, quæ eſt *in lib. 2. inter Exercit. jur. public. 5.* Habet quippe quoad juſtitiæ adminiſtrationem Imperator ex conſenſu Statuum Imperii concurrentem cum Camerâ Spirenſi jurisdictionem Gail. *dict. lib. 1. obſ. 121. in fin.* vid. Caſpar. Leopold *in diſcurs. de concurrent. jurisdict.* præprimis autem laudatus Dn. Fritſch. *dict. exercit. 5. theſ. 13.* ubi nonnulla in hanc rem obſervatu digna proponit. Item in Dicaſterio aulico Rotwilenſi Rohtweiliſche Hoff-Gericht: cujus tamen jurisdictio ultrà circulos Suevicum, Franconicum, Auſtriacum & Rhenanum, nec ad omnes in illis comprehenſos, ſe non extendit, vid. *reform. Maximil. & ad eam notas Wehneri.* De judicio item Onolſpacenſi in Franconia & Judicio Suevico vulgò Land-Gericht in Schwaben vid. Beſold. *in theſ. pract.* & Joh. Jacob. Speidel *in Specul.* von Land-Gericht. De Auſtregis, quibus etiam jurisdictio quoad cauſas nonnullorum Imperii Statuum competit, agit Georg Schubhard *ſpec. tract.* item Blum *dict. tract. tit. 27.* Chriſt. Schwaneman. *in proceſſ. Camer.* & alii paſſim.

XVI.

Criminalem Jurisdictionem Camera Spirenſis non exercet, niſi in cauſa fractæ pacis. Gail. *dict. lib. 1. obſerv. 65. num. 5.* Blum *dict. tr. tit. 43. num. 6.* Imperator verò per Judicium aulicum etiam in aliis ſtatuum criminalibus cauſis Philipp. Knipſchild. *de jur. & privil. ci-*

vit. Imper. lib. 2. cap. 33. num. 23. Quem tamen ad proſcriptionem Principis Imperii procedere non poſſe ſine conſilio & conſenſu Electorum, etiam in crimine notorio, *ex Capit. Ferd. III. art. 30.* colligit Dn. Myler. *dict. tract. cap. 20. num. 26.* ibique plures alii de hâc materia allegati. Eccleſiaſtica jurisdictio paritèr quidem competit, vel ut Dn. Struve. *dict. cap. 6. aphor. 16.* ſcribit, ſaltem competere deberet Imperatori & Statibus. Hanc tamen poſtquam Papa Romanus cum univerſo ſacrorum jure invaſit, eamque in terris Imperii Pontificiæ Eccleſiæ addictis, non reſiſtente religionis cultu Imperatore, per Epiſcopos exercet; nec Camera Imperialis nec Dicaſterium Aulicum de eccleſiaſticis cauſis judicant Gail. *lib. 1. obſ. 112. in fin.* Knipſchild. *dict. cap. 33. num. 44.* Blum *dict. tit. 43.* Quâ ratione fit, ut Auguſtanæ Confeſſionis Status & alii ſubditi Imperii immediati in illis cauſis ordinario judice deſtituantur, Ad hunc autem defectum ſupplendum Dd. variè conſulunt, diverſosque ſubſtituunt judices: quorum licet vix unus ſit, qui non exceptionem patiatur: ne tamen conſcientiæ planè deſit omne auxilium, neceſſitas, ubi nullus reperitur Judex, admittet aliquem, utut non omni ex parte aliàs habilem. vid. Dn. Myler. *dict. cap. 20. num. 19. & ſeqq.* Chriſtian Weber. *de jur. conſiſtor. cap. 27. ſect. 18.* & apud hos plures de hâc materiâ allegati Dd.

XVII.

In ſingulis verò provinciis & diſtrictibus particularibus Jurisdictio Criminalis & Civilis, ut & in terris Auguſtanæ Confeſſionis poſt pacificationem religioſam Eccleſiaſtica competit Principibus & Statibus Imperii, nec non Nobilibus immediatis, vi juris territoria-

lis

lis der Landes-Fürſtl. oder Landes-Hohen-Obrigkeit / ipſis patrimonialiter in Feudum plerumque aut alio modo conceſſi. Cui ſicut inſunt alia regalia, jura ac emolumenta: ita etiam adhæret omnigena jurisdictio tàm in Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus Andr. Knichen. *d. tr. cap. 3. num. 401.* Thom. Michaël *de jurisd. concluſ. 56.* Knipſchild. *dict. tract. cap. 6. num. 6.* Habent itaque Principes Imperii juris dicendi poteſtatem, præ veteribus Romanorum Magiſtratibus, longè eminentiorem & fortiorem, eamque non officii aut adminiſtrationis, ſed dominii jure, non precariam ſed perpetuam & transmiſſibilem. Undè cum dictis etiam Magiſtratibus non rectè comparantur, nec Magiſtratus, ut in jure Romano hæc vox uſurpatur, dici poſſunt, non tantùm reſpectu ſuorum ſubditorum, ſed nec ipſius Imperatoris, ut minùs rectè exiſtimavit Vultej. *de judic. lib. 1. cap. 4. num. 27.* Quamvis enim ab Imperatore & Imperio recognoſcant & feudi lege obtineant Ducatus, Principatus &c. quoad Univerſale Dominium totius Ducatus, non tamen quoad particularem jurisdictionem in ſubditos, quàm proprio Marte & *tanquam* jure Majeſtatis exercent: ut ea ratione cum Imperatore ipſo, qui Jurisdictionem in univerſo Imperio exercet, magis comparandi veniant, & rectè indè dicatur, ipſos tantum valere in ſuo territorio, quantum valet Imperator in Imperio vid. Knichen. *dict. tract. cap. de autorit. 1. n. 1334. & ſeqq.* Frantzk. *in Comm. dict. tit. num. 56. & ſeqq.* & poſt alios ſæpè laudatus Dn. Myler. *dict. tract. part. 2. cap. 48. num. 1.* ibi: *Hodiè Status Imperij in eorum territoriis jurisdictionem ac poteſtatem,* die hohe und niedere *Jurisdiction* und Bottmäſſigkeit / *de omnibus cauſis cognoſcendi & jus reddendi*, proprio jure

habent & exercent. Imò hæc ipſa apud non paucos ſine ulteriori provocatione, adeoque ſumma, nulli alteri juriſdictioni aut poteſtati obnoxia exiſtit: quali præter Electores, quibus ex A. B. diſpoſitione competit, & alios Imperii Principes à Domino Mylero *d. tr. part. 2. cap. 42.* & Blum *d. tr. cap. 46. num. 32.* enumeratos etiam Auguſtiſſimus Sueciæ Rex, Dominus meus longê Clementiſſimus in ditionibus, quas Sacra Ipſius Majeſtas ab Imperio in feudum accepit, vi Inſtrumenti Pacificationis Oſnabrugenſis & jure ſpecialis cum Imperatore & Imperio univerſo initæ conventionis, pleniſſimè gaudet, ejusque gratia Summum Juſtitiæ in Civitate Wismarienſi Tribunal daß hohe Königl. Schwediſche Tribunal zur Wiſmar erexit & adhuc cum maximo etiam patriæ meæ bono adhuc conſervat, cujus juriſdictionem elegantiſſimè expreſſit & illuſtravit ejusdem Tribunalis primus Vice-Præſes & de bono publico meritiſſimus beatus Dn. David Mævius *in prodrom. part. 1. deciſ.* præfixo.

XVIII.

Exercent autem Principes & Status Civilem ut & Criminalem juriſdictionem rarò ipſi immediate, ſed ut plurimum per alios, pro diverſitate tamen locorum diverſo modo: Eccleſiaſticam plerumque per Conſiſtoria, quibus perſonas Eccleſiaſticas & ſeculares præficiunt Fritſch. *part. 1. Diſp. jur. publ. 8. num. 57.* quod de patria mea etiam aſſerit Joh. Sithmann. *in Idea jur. Epiſc. moder. cap. 13. num. 8.* Quamvis & ſolos Laicos Epiſcopi perſonam interdum repræſentare abſentibus Clericis tradat Caſpar Ziegler. *in addit. ad prax. Calvol. §. Landſaſſii. concl. 1. num. 189.* & in locis ubi nulla reperiuntur conſiſtoria,

etiam

etiam cauſas eccleſiaſticas in Cancellariis expediri teſtatur Laurent. Ohm. *de jur. Epiſcop. concl. 16. lit. a.*

XIX.

Jurisdictionem tàm criminalem, quàm civilem ab illis, quibus ipſa jure territorii competit cum oppidis, villis, caſtris ex ſubinfeudatione etiam tenent ipſorum Vaſalli nobiles mediatè Imperio ſubjecti. Knichen. *de veſtit. pact. part. 2. cap. 1. num. 48. & 49.* Municipales quoque civitates ut plurimùm hodiè utramque ſingulari privilegio, præſcriptione aut alio titulo oneroſo quæſitam habent, ita ut de omnibus cauſis etiam majoribus rectè cognoſcere, inque facinoroſos licitè animadvertere poſſint, uti de civitatibus Pomeraniæ id teſtatur Matth. Stephan. *dict. tract. lib. 2. part. 2. cap. 2. num. 17.* de Würtenbergiæ municipiis Dn. D. Lauterbach. *de differ. jur. comm. & Würtenb. in cauſ. crim. §. 4. num. 5. & 6.* de aliis Henric. Bruning. *de diverſ. univ. ſpec. concl. 27.* Exindè tamen quod municipia pleraque jurisdictionem criminalem & merum Imperium exercent, minùs rectè inferunt Weſenb. *in π. tit. de offic. ej. cui mand. jurisd num. 4.* Thom. Michaël *de jurisd. concl. 82.* Reinking. *dict. tract. lib. 2 cl. 2. cap. 17. num. 32. & ſeqq.* hodiè illud jure Magiſtratus competere & propterea mandari poſſe, id quod notius eſſe ait Paurmeiſter *dict. tract. lib. 1. cap. 24. n. 22.* quàm ut probatione indigeat: quàm tamen nos vel maximè deſideramus. Conſuetudo enim in quâ præcipuum fundamentum ponunt, in incerto verſatur, nec ullus, ex quo id appareat, produci poteſt Juris textus, imò contrarium potiùs non obſcurè colligitur *ex Ordin. Crimin. Carol V. artic. 2.* ubi in caſu tantùm neceſſitatis jurisdictionem mandare permittit Imperator, extra quem itaque ſecus erit. vid. Bachov. *dict. Diſp. 3. theſ 6. lit. E.*

ht. E Hahn. *ad π. Weſenb. de offic. ej. cui mand. jurid. num.* 4. Frantzk. *eod. tit. num.* 4. *& de jurisd. num.* 56. Wiſſenb. *Diſp. ad ff.* 6. *theſ.* 15.

XX.

Jurisdictionem tamen Eccleſiaſticam inferioribus rariſſimè concedunt Imperii Status, ſed ſibi illam reſervant. Undè licet nobili Vaſallo caſtrum cum omnimoda Jurisdictione, **mit allem Recht und Gerechtigkeiten** in feudum ſit conceſſum, jurisdictionis tamen eccleſiaſticæ propterea particeps non erit. Carpzov. *in Jurispr. Conſiſtor. lib.* 1. *def.* 3. *per tot.* Dn. Fritſch. *part.* 1. *Diſp. jur. publ.* 8. *de jure conſiſtor. theſ.* 48. Municipales quoque civitates, utut ampliſſimis fruantur privilegiis, earumque nonnullæ ſpeciem quandam regalium acquiſiverint, vid. Steph. *dict. tract. lib.* 2. *cap.* 2. *part* 2. *num.* 24. *& ſeqq.* vix tamen eſt, ut eccleſiaſtica jurisdictione gaudeant, ſed Conſiſtorio Domini territorii ſubſunt regularitèr: niſi fortè nonnullæ ex privilegio ſingulari vel etiam præſcriptione propria conſiſtoria habendi facultatem acquiſiverint. Erneſt. Cothmann. *vol.* 4. *Conſ.* 33. *num.* 39. *& ſeqq.* Dn. Struve. *de Jure Sacro Juſtin. ad l.* 13. *C. de Epiſcop. audient. quæſt* 3. Dominus Fritſch. *dict. Diſp.* 8. *theſ.* 47. Id quod de Civitate Stralſundenſi. poſt Heigium aſſerit beatus Dn Mevius *ad Jus Lubec. quæſt. prælim.* 3. *num.* 19. *& mult. ſeqq.*

XXI.

Ex ſingulari privilegio & diſpoſitione famoſiſſimæ illius *Auth. Habita* (*ne fil. pro patr.* competit Rectori & Magiſtratui Academico in ſtudioſos jurisdictio Civilis: An verò & criminalem vi dictæ Auth. habeant inter Dd. valdè controvertitur. Affirmativam defendunt Scip. Gentil. *dict. tract. lib.* 3. *cap.* 17. Hug. Donell. *ad dict. auth.*

Habita

Habita num. 15. & ſeqq. Mæſtert. *in tract. de privil. ſcholar. quæſt. 10.* & plures alii: ſed negativam rectiùs nobis ſequi videntur Ant. Matth. *de crimin. ad lib. ff. 48. tit. 13. cap. 5. num. 14.* Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 11.* Carpzov. *Jurupr. Forenſ. part. 1. conſtit. 27. def. 10. num. 4. & ſeqq.* Chriſtoph. Philipp. Richter. *ad dict. Auth. pag. 147.* Et quamvis nonnullæ reperiantur in Germania Academiæ omnes imperii meri gradus poſſidentes & exercentes, ut in Ducatu Wirtenbergico hæc noſtra *Tubingenſis*, in Palatinatu *Heidelbergenſis*, *Ingolſtadienſis* in Bavaria, *Lipſienſis* in Miſnia, & in patria mea *Gryphuswaldenſis*: Illud tamen jus non tam ex diſpoſitione ſæpè dictæ Auth. quam ſingulari fundatoris privilegio & conceſſione habent.

XXII.

Feudalis jurisdictio juxta feudorum placita pro caſuum varietate competit vel feudi domino. *2. Feud. 55. in fin.* cujuscunque is ſit conditionis, etiam fœminæ, plebejo, ruſtico &c. vel Paribus Curiæ. vid. Wilhelm. Ludwell. *in Synops. feudal. cap. 16. aphor. 5.* De feudis regalibus inter Vaſallos Imperii immediatos nec Camera judicat, ſummum aliàs Imperii Tribunal. *Ord. Cam. part. 2. tit. 7.* Nec Vicarii Imperii. *dict. tit. 7. Ord. Cam. Aur. Bull. tit. 5.* Georg. Schultz. *Synops. feud. cap. ult. num. 24.* nec Auſtregæ Henric. Roſenthal. *de feud. cap. 12. concl. 1. num. 27.* Sed Imperator *Ord. Cam. dict. tit. 7.* Inter cujus reſervata de hiſce feudis jus dicendi poteſtas refertur. Johann. Henric. Stamler. *de reſervat. Imp. §. 38. per tot.* An verò ſolus eandem exercere vel pares etiam curiæ Principes ſcilicet Imperii adhibere neceſſe habeat, ſi de feudo ejusmodi privativè abjudicando agatur, in eo non conveniunt Doctores, uti videre eſt apud Dominum Struv. *dict. aphor. 5.* & noviſſimè Philipp. Andr. Burgold.

ad Inſtrum. Pac. art. 5. §. 20. p. m. 1045. & ſeqq. Imperatores jam ab ætate Ottonum per aliquot ſecula ad decidendas haſce cauſas adhibuiſſe quoque Imperii Principes, quamplurima à laudato Burgoldenſi adducta exempla ſatis evincunt: Quin & Statuum libertatem, ut id fiat, & judicium illud Ducale, daß Fürſten Recht uti appellant, in uſum revocetur, vel maximè exigere, nemo facilè dubitabit: Sed an hodiè illud adhucdum obtineat, & Imperator Principes ſibi adjungere neceſſitate adſtringatur, nobis in re tanti momenti quicquam definire integrum non eſt. Illud interim diffiteri non poſſumus, quod in Inſtrumento Pacis Osnabrugenſis, ſanctione illa Imperii pragmatica, libero Imperatoris arbitrio relinquatur in cauſis majoribus & undè tumultus in Imperio timeri poſſent, inſuper etiam quorundam utriusque religionis Electorum & Principum ſententias & vota requirere. *art. 5. num. 20. verſ. quoad proceſſum in fin.* vid. Dn. Myler. *dict. cap. 20. num. 9. & ſeqq.*

XXIII.

Verſatur Jurisdictio circà ſubjectorum cauſas. Requiritur itaque ratione objecti præprimis, ut perſona poteſtati & imperio illius, qui jus dicere vult, ſit ſubjecta, quod vel jure communi variis ex cauſis contingit, ut ratione domicilii, contractus, rei ſitæ, delicti & aliis, de quibus Dd. ad materiam de judiciis ex profeſſo agunt, nobis autem hoc loco illas omnes perſequi non licet. Vel ex jure ſingulari, ſive privilegio perſonis aut cauſæ conceſſo, de quibus Dd. *dict. loc.* Tali privilegio de Jure Romano gaudent Senatores, Clariſſimi & Illuſtres *tot. tit. C. ubi Senator.* An etiam quoad crimina? Diſtinguit Imp. *in l. 1. dict. tit.* De Statibus Imperii, qui etiam

tiam privilegiarias ſuas habent inſtantias, quas Auſtregas, deß Heil. Reichs Außträge / vocant. *Ord. Cam. part. 2. tit. 2.* Reinking. *dict. tr. lib. 2. cl. 2. cap. 16.* Blum *dict. tr. tit. 27.* hâc occaſione Q. ſi fortè illorum quis in alterius ſtatus territorio crimen admiſerit, an ex jure communi in loco delicti admiſſi forum ſortiatur, ibique conveniri & puniri poſſit? Quod Hermann. Vultej. *ad l. 1. C. ubi Senat. num. 48.* videtur affirmare, propter generalem rationem *in d. l. 1.* expreſſam, *quod ſcilicet reatus omnem honorem excludat.* Cui tamen non immeritò dicam ſcribunt & Imperatori hanc poteſtatem eſſe reſervatam docent. Petr. Heig. *lib. 1. quaſt. 9. num. 42. & ſeqq.* Osw. Hillig. *ad Donell. lib. 17. cap. 20. lit. G.* Brunnem. *ad d. l. 1.* ubi ex verbis textus probat illam rationem ad Illuſtres non pertinere, quibus non tantùm LL. Romanæ, ſed etiam aliarum gentium mores & ſtatuta etiam in delictis ſingulare forum tribuunt. *vid. Dd. alleg.* Id quod vel maximè procedit, ſi pœna corporis afflictiva veniat imponenda. Dn. Myler. *d. c. 20. n. 31.* ubi in ſeqq. plurima alia notatu digniſſima proponit & doctiſſimè reſolvit. De Principum itidem Aulicis, an & ipſi, ſi *in civitate Principi ſubjecta*, crimen commiſerint coràm oppidano Magiſtratu forum ſortiantur, inter Dd. non convenit, & olim in patriâ meâ acritèr fuit diſputatum. Pro civici Magiſtratus jurisdictione cum Bartol. reſpondent Nicol Boër. *Deciſ. 9. num. 16.* Vicent. de Franch. *part. 1. deciſ. 147.* Henr. Bruning. *de var. univerſ. ſpec. conclus 27.* & alii quos laudat & ſequitur beatus Dn. Mevius *ad Jus Lubec. quaſt. prælimin. 3. num. 49.* ubi *ſeq num. 55.* Magiſtratui eandem tribuit, etiamſi Princeps in civitate ſive loco delicti fuerit præſens. E contra eximunt

aulicos à Magiſtratus oppidani jurisdictione, eamque ſoli Principi aſſerunt Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 25.* Matth. Stephan. *dict. tract. lib. 2. part. 2. cap. 2. num. 81.* & ab horum partibus etiam nos ſtabimus, rationum pondera conflictus datâ occaſione aperiet.

XXIV.

Clerici ex proprio privilegio ſpeciale forum ſortiuntur. In quo articulo Juſtinianeum jus mire variavit. Vid. Conrad. Rittershus. *ad Nov. part. 1. cap. 7. n. 80. & ſeqq.* Mæſtert. *de Juſtit. LL. Roman. lib. 1. dubit. 28.* Poteſtati ſeculari tàm in civilibus quàm criminalibus illos eximit Pontifex Romanus, ſibique & Epiſcopis ſuis in eos jurisdictionem aſſerit. vid. Gail. *de pac. publ. lib. 1. cap. 1. num. 17.* Joach. Mynſing. *cent. 1. obſ. 22.* in terris Auguſtanæ Confeſſionis, quamvis Magiſtratui Politico omni jure cenſeantur ſubjecti, ut latè oſtendunt Arnis. *de ſubject. & exempt. Cleric. cap. 3.* Johann. Gerhard. *in loc. Theol. de Magiſtr. Polit. §. 440. & ſeqq.* Nihilòminus tamen in illis etiam non tantùm ipſæ perſonæ Eccleſiaſticæ, quales ſunt Paſtores, Archi-Diaconi, Diaconi, Æditui &c. ſed etiam illorum liberi & uxores, non verò iisdem famulantes aut ſervientes. vid. *Inſtruct. Eccleſ. Pomer. part. 3. pag. 34.* Sithmann. *in Idea jur. Epiſcop. cap. 13. num. 99.* adhucdum foro eccleſiaſtico gaudent, ita ut civilibus perſonalibus actionibus conveniendi ſint coram Eccleſiaſtico judice, Superintendente vel Conſiſtorio Chriſtian. Weber. *de jur. Conſiſtor. cap. 27. ſect. 14.* ſecus quoad *reales*, in quibus coram Laico judice ſub cujus jurisdictione res ſita eſt, forum ſortiuntur. Mynſing. *dict. obſerv. 22. num. 2. & ſeqq.* It. *Cent. 4. obſ. 95.* Richter. *ad dict. auth. Habita pag. 146.* Sithmann. *dict. cap. 13. num. 36. & 37.* Delictorum à Clericis in officio commiſſorum, ut & aliorum,

aliorum, quæ tamen pœnas tantùm arbitrarias & civiles, puta ſuſpenſionem, remotionem, carcerem aut mulctam merentur, cognitio & animadverſio ad conſiſtoria ſpectat Carpzov. *in Jur. Conſiſt. lib. 3. def. 5. num. 4.* Ad illa verò crimina, propter quæ ultimi ſupplicii aut corporis afflictiva pœna imponenda venit, Conſiſtoriorum jurisdictio ſe non extendit, ſed tunc Clerici ad judicem ſecularem, ut cauſam ipſe cognoſcat, promeritam pœnam dictet ac exèquatur, ſtatim ſolent remitti Carpzov. *d. def. 5.* Richter. *ad d. auth. p. 144.* Sithmann. *dict. cap. 13. num. 100. & ſeqq.* Id quod ipſe licitè expedit non expectata Clerici degradatione, quæ jure quidem Canonico introducta. *cap. novimus 27. X. de Verb. ſignif. cap. cum fortius 1. X. de calumn. cap. degradatio. 8. de pœn. in 6.* Sed hodiè in deſuetudinem abiit. Gail. *de pac. publ. lib. 1. cap. 1. num. 29. in fin.* Jul. Clar. *recept. ſent. §. fin. quæſt. 36. num. 37.* Richter. *dict. loc. p. 145.* Sithmann. *dict. cap. 13. numer. 73.*

XXV.

Profeſſores cum totâ familia nec non Studioſi, & illorum famuli ab ordinarii Magiſtratus jurisdictione etiam ſunt exempti, & ſpeciales habent judices, *in dict. Auth. Habita* de quâ Dd. præprimis Richter. *dict. loc.* videri poſſunt. Militibus inter alia privilegia ad remunerandam illorum operam & communem exercitus utilitatem & hoc indultum, ne alibi, quam apud Magiſtrum militum conveniantur. *l. 6. C. de jurisdict.* Johan. à Sande. *in deciſ. Friſ. lib. 1. tit. 1. def. 4.* idque in cauſis civilibus ferè indifferenter: quoad delicta verò diſtinguendum inter militaria & communia. Illorum cognitio etiam nonniſi ad Magiſtrum militum pertinet, ita ut ad

ipſum ſint remittendi, ſub quo militarunt, *l. 9. ff. de cuſtod. reor. l. 1. C. de exhib. reu. l. 2. ff. de re milit.* Quoad communia verò & quidem graviora ut in homicidio, furto & ſimilibus, milites eodem modo forum ſortiuntur, quo togati, ita ut vel in loco delicti, vel ubi aliàs reperiuntur, puniri poſſint, nec ad Magiſtratus militares ſint remittendi *d. l. 2. de re milit. & l. 3. eodem l. ult. ff. de accuſat. N. 8. c. 12.* §. 1. Thom. Michaël *dict. tract. concl. 94.* Carol. à Mansfeld. *Magiſt. milit. tr. 1. part. 2. cap. 7.* Henric. Bocer. *de bell. & duell. cap. 12. num. 4.* Erneſt. Cothmann. *ad tit. C. de offic. Magiſt. milit. num. 12. & 13.* quamvis generali conſuetudine etiam ob delicta communia enormia milites à ſuis Magiſtris hodiè puniri teſtentur Reinking. *dict. tr. lib. 2. cl. 2. c. 17. num. 115.* Brunnem. *ad d. l. 6. C. de jurisdict.* vid. tamen *Rec. Imperij Ratisbon. de Anno 1641.* §. wir haben uns auch. 47. Valent. Kauler. *in diſſertat. de delict. milit. theſ. 87.*

XXVI.

Propter cauſæ privilegium etiam Laici coram Eccleſiaſtico judice ſortiuntur forum in cauſis ſcilicet Eccleſiaſticis. Carpzov. *de proceſſ. tit. 3. art. 4. num. 2. & ſeqq.* Vaſallus in cauſis feudalibus coram feudi domino, *ſupra theſ. 21.* vid. Dn. D. Lauterbach. *in prælect. ad dict. tit. de judic. §. 12. num. 9.*

XXVII.

Extranei quoque & jus dicentis poteſtati aliàs non ſubjecti per Jurisdictionis prorogationem eidem cauſæ ſuæ dijudicationem ſubmittere poſſunt. *l. 1. C. de jurisd. omn. jud. l. 1. pr. ff. de judic.* vid. *ſupra theſ. 8.* modò liberam habeant rerum ſuarum adminiſtrationem Matth. Berlich. *in concl. pract. part. 1. concl. 5. n. 1. & ſeqq.* & prorogare

rogare

rogare Jurisdictionem non prohibeantur, ut Clerici, qui ſecularium judicum cognitioni ſe ſubmittere vetantur *in cap. ſi diligenti. 12. cap. ſignificaſti 18. X. de for. compet.* Stephan. *dict. tr. lib. 1. cap. 25. num. 48.* etiamſi Epiſcopus conſenſerit, ut putat Vultej. *de Judic. lib. 1. cap. 4. num. 165. & ſeqq.* tacitè tamen id poſſunt per judiciariam conventionem coram ſeculari judice adverſus laicum inſtitutam: Tunc enim coram eodem judice in reconventione, ſecundum veriorem ſententiam, reſpondere tenentur. Gail. *lib. 1. obſerv. 37. num. 6.* Vaſalli ſine domini conſenſu in cauſa feudali. Gail. *dict. lib. 1. obſerv. 40. num. 6.* Dominus Struve *dict. cap. ult. aphor. 8. num. 2.* Studioſi an prorogare jurisdictionem poſſint valdè controverſum eſt, vid. Vinn. *dict. tr. cap. 11. num. 11.* Sed & hos prohiberi latè probat & deducit Richter. *ad dict. auth. Habita pag. 158.* Item Sithmann. *dict. cap. 13. num. 38.* Hodie poſtquam Jurisdictio facta eſt patrimonialis, ejusque fructus mulctæ ſunt, ordinarius prorogationem non facilè concedet, ſed ſubditos ſuos pœnalibus mandatis ad ſuum forum revocabit, quod conſuetudine etiam facere poteſt Matth. Steph. *dict. lib. 1. cap. 25. n. 52.* Chriſtian. Schwanem. *Obſ. Camer. 1. num. 13. & ſeqq.* Frantzk. *lib. 1. reſol. 17. num. 96.* Undè hodiè rarò prorogationes contingere, niſi inter peregrinos, quod vocatur Gaſt-Recht/ notat Brunnem. *ad d. l. 18. num. 3.*

XXVIII.

Nec tamen qui Jurisdictioni præeſt de omnium ipſi ſubjectorum cauſis indifferenter jus dicendi poteſtatem habet: Excipit enim Ulpianus perſonas jus dicenti conjunctas, in *l. 10. ff. h. t.* ne ſcilicet privati affectus ju-

dicandi

dícandi libertatem impediant, & vim juſtitiæ inferant; Cum teſte Cæſare *apud Saluſtium in Bell. Catalin. ubi affectus officiunt, haud facilè animus verum provideat.* Gradum cognationis ſtatuta diverſimodè determinant. Jure Provinciali Würtenbergico omnes litigantibus quarto cognationis vel affinitatis gradu incluſivè juncti, judicio exeſſe jubentur, imò jurato promittere tenentur ad jus dicendum promovendi, ſe ipſos obveniente tali caſu exceſſuros neque ſententiæ interfuturos. *Jus Provinc. Wurtenb. part. 1. tit. 2. in fin. pr. & ibi* Dn. D. Lauterbach. *Diſp. 1. theſ. 6.* vid. tamen *l. 6. ff. de arbitr l. 77. & ſeqq. de judic. l. 13. §. fin. & l. ſeq. pr. ff. ad SCtum Trebell.* Bachov. *ad Treutler. Diſp. 12. theſ. 7. lit. F.* Multò minus in propria cauſa jus dicere & privatæ injuriæ æſtimator & ultor idoneus eſſe poterit. *dict. l. 10. & tot. tit. C. ne quis in ſua cauſ. jud.* Quod ſi vero Magiſtratui qua tali & ut perſonæ publicæ facta ſit injuria, v. g. juſſum ipſius per contumaciam contemnendo, aut miniſtris, quorum opera in executione utitur, reſiſtendo, tunc ipſum cauſam utpote non propriam, ſed ad officium & dignitatem pertinentem cognoſcere poſſe Gail. *lib. 1. obſerv. 39. num. 2.* Andr. Rauchbar. *part. 1. quæſt. 50. num. 1. & ſeqq.* Brunnem. *ad d. l. 10. & ad d. l. un. C. ne quis in ſua.* ubi tamen ad evitandam omnem ſuſpicionem monet, ut ejusmodi in caſu Magiſtratus læſus non facile cognitionem ipſe ſuſcipiat, ſed conſilium Jurisperitorum requirat, & directioni judicii alium præficiat ſuſpicione carentem *ad d. l. 10. num. 3. & ſeqq.*

XXIX.

Voluntaria Jurisdictio ſicut in illis actibus qui nullam requirunt cauſæ cognitionem, ſed tantum authoritatem, exerceri poteſt in omnes volentes & Magiſtratus

tûs authoritatem implorantes, etiamſi eidem ex nulla cauſa aliàs ſint ſubjecti *l. 19.* ibi: *cujuscunq; judicis C. de teſtament. l. 27. C. de donat. l. 36. pr. & §. 1. ff. de adopt.* Frantzk, *lib. 1. reſol. 17. num. 93.* vid. tamen *l. 15. §. fin. de manum. vindict.* Ita in ſimilibus actibus interdum in propria vel ſuorum cauſa poteſt eadem exerceri *l. 4. ff. de adopt. l. un. §. fin. ff. de offic. Conſul.* vid. Dn. D. Lauterbach. *diſſ. de volunt. jurisd. theſ. 22. & ſeqq.*

XXX.

Cauſæ circa quas jurisdictio verſatur diverſæ ſunt naturæ & conditionis, utpote quarum reſpectu ipſam jurisdictionem in varias diſtingui ſpecies dictum eſt ſupra theſ. 2. & ſeqq. Criminales jure civili dicuntur in quibus agitur de delictis coërcendis, etiamſi pœnæ non ſint corporis afflictivæ, ſed aliæ quoque leviores, ut pecuniaria *§. in ſumma 10. Inſtit. & l. f. ff. de injur. l. f. ff. de furt.* Carpzov. *in prax. Crimin. part. 3. quæſt. 102. num. 29.* An verò & hodiè cauſæ criminales peinliche Sachen eadem ſenſu accipiantur, inter Dd. non convenit. Pro affirmativa, quod ſcilicet juxta diſpoſitionem *Ordin. Crim. Imper. Carol. V. aliarumque Imperij Conſtitut.* illæ quoque cauſæ criminales peinliche dicantur, pro quibus pœna infamiæ, relegationis, privationis dignitatis, confiſcationis bonorum, vel alia pecuniaria irrogatur, multis textibus & rationibus pugnat Gotofred. Anton. adductis à Reinking. *dict. tract. lib. 2. claſſ. 2. cap. 17. num. 52. & ſeqq.* Sed negativam, quod in genuina & propria ſignificatione illæ tantum cauſæ criminales & peinliche hodiè vocentur, in quibus pœna corporis afflictiva, ultimum

ſcilicet ſupplicium, vel fuſtigatio, membri alicujus abſciſio &c. venit imponenda, welche auff Leib und Leben/ *Ord. Crim. art. 177. & 178. vel de Jure Saxon.* Halß und Bauch It. Haut und Haar gehen. Carpzov. *lib. 1. reſp. Elect. 49. num. 9. & 14.* rectius defendunt poſt Erneſt. Cothmann, Matth. Stephani. *ad d. Ord. Crim. in præf. n. 16.* Beſold *in theſ. pract.* & Speidel *in ſpecul. Voce* peinlich. Id quod de foro Saxonico latè probat Carpz. *dict. quæſt. 102. num. 48. & ſeqq.* ubi etiam diſſentientis Gotofr. Anton. rationibus reſpondet: de eodem ut & Würtenbergico jure Dn. D. Lauterbach. *de differ. jur. comm. & Würtenb. in cauſ. crim. §. 1. num. 5.* Varias criminalium delictorum, ut & quibus illa coercentur, pœnarum ſpecies, in tres plerumque ordines à Dd. relatas, quæ ad Altam jurisdictionem pertinent, adducunt Berlich. *part. 1. concluſ. 1. num. 10.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 2. cap. 1. num. 137.* Dn. Johann. Otto Tabor. *Diſp. ad Weſenb. 2. quæſt. 6.* vid. Anton. Matth. *de crimin. ad lib. ff. 48. tit. 18. cap. 1.* Dn. Myler. *dict. tract. part. 2. cap. 48. n. 6.*

XXXI.

Hinc facile apparet hodiernis moribus reliquas cauſas & pœnas leviores, ut pecuniariam, carceris, relegationis &c. eſſe Civiles burgerliche Straffen & ad Inferiorem ſive Baſſam Jurisdictionem pertinere, vid. Berlich. *dict. concluſ. 1. num. 11.* Carpzov. *dict. quæſt. 102. num. 51.* Cum autem haud rarò accidat, ut moribus loci alicujus ad inferiorem jurisdictionem referantur, quæ ad ſuperiorem alibi pertinent, vid. Wehner. *in obſerv. pract. voce* Zent. idcircò in hâc materiâ ad cujusque loci obſervantiam & conſuetudinem præprimis reſpiciendum eſſe, monet Carpzov. *de proceſſ. tit. 2. art. 1. n. 8.*

Sic

Sic in numellis ſtare, an dem Halß-Eiſen oder Pranger ſtehen/ item in conſpectu populi ignominiæ lapidem circumferre, den Laſter-Stein tragen / pro pœnis criminalibus Leibs-Straffen jure Würtenbergico reputari adeoque ad altam jurisdictionem pertinere patet ex illis, quæ adducit Dn. D. Lauterbach. *dict.* §. *1. num. 18.* contrarium tamen in foro Saxonico obtinere vult Carpzov. *in prax. Crim. quæſt. 129. num. 51. & ſeq.*

XXXII.

Ad baſſam hanc ſive inferiorem Jurisdictionem hodiè etiam ſpectant illæ cauſæ, quæ jure Romano extraordinariæ erant Jurisdictionis, & non omnibus Magiſtratibus, ſed iis tantum, quibus ſpecialitèr lex conceſſerat, earum cognitio competebat, ut cognitio ſuper transactione de alimentis teſtamento relictis *l. 8. pr. & §. 18. ff. de tranſact.* ſuper alienatione prædiorum minoris. *l. 2. §. 1. de offic. ejus cui mand. jur.* tutoris datio *l. 6. §. 2. ff. de tutel. l. 8. pr. ff. de tutor. vel curat. dat. &c.* Item quæ voluntariæ ſunt jurisdictionis vid. Diſſert. Dn. D. Lauterbach. *de volunt. jurisd. theſ. 16.* Hodiernis enim moribus hæc omnia cuilibet Magiſtratui etiam inferiori competere & baſſæ jurisdictioni adhærere docent Stephan. *dict. tr. lib. 1. cap 4. num. 73.* Georg. Schultz *in Synops. Inſtit. de Attil. tut. lit. a.* Berlich. *part. 3. concl. 4. num. 43. & part. 1. deciſ. 93. numer. 5. & ſeqq.* Carpzov. *part. 3. conſt. 3. def. 13. num. 5.*

XXXIII.

Cauſæ Eccleſiaſticæ, ad jurisdictionem ſpectantes, ſunt vel *merè* tales & tantum ad forum eccleſiaſticum pertinentes, quæ ſcil. diſciplinam Eccleſiaſticam,

ricorum reſpiciunt: vel *mixta*, quæ ad forum eccleſiaſticum referuntur ratione juris & cauſarum ſubſtantiæ: ad forum verò ſeculare ratione facti & poſſeſſionis, ut matrimoniales, ſponſaliorum, divortii &c. vid. *Ordin. Eccleſ. Pomer. part. 3. pag. 32. & ſeq.* Carpżov. *in Jurispru. Conſiſt. lib. 2. per tot.* Chriſt. Weber. *de jure Conſiſtor. cap. 27. ubi varias nonnullorum Statuum de hiſce cauſis ordinationes eccleſiaſticas adducit.* Adam. Samuel. Freyſtein. *in diſſert. de jurisd. eccleſ. apud Fritſch. in append. 3. part. Exerc. jur. public. 1. theſ. 74. & ſeqq.*

XXXIV.

Feudales cauſæ, quæ ad juridictionem feudalem pertinent, dicuntur illæ, quæ ipſum feudum *conſtitutum* concernunt, & ab ejus natura dependentia jura, ut ſervitiorum præſtationem, culpam Vaſalli &c. Henric. Roſenthal. *de feud. cap. 12. concl. 1. & ſeqq.* Dn. Struv. *in Syntagm. jur. feud. cap. ult. aphor. 4. num. 1.* Secus ſi controverſia ſit de feudo nondum conſtituto, ſed eo quod promiſſum eſt conſtituendo. Vultej. *de feud. lib. 2. cap. 2. n. 36.* Georg. Schultz *Synops. feud. cap. ult. n. 42.*

XXXV.

Forma & eſſe Jurisdictionis, ut ex deſcriptione apparet, conſiſtit in poteſtate de dictis cauſis cognoſcendi & ſtatuendi. Hiſce enim duobus jus dicentis officium abſolvitur. Cognitio occupatur in examinanda cauſæ Veritate & Juſtitia. Neque enim ante dici poteſt quid juris, niſi prius conſtet de facto ejusque qualitatibus & circumſtantiis. Hinc vulgatum illud, *ex facto jus ſumi*, ſive ut Alfenus JCtus loquitur, *in cauſa jus eſſe poſitum, in l. 52. §. 2. ff ad L. Aquil.* Cum autem facta ſint infinita, eorumque interpretatio plerumque etiam pru-

dentiſſi-

dentiſſimos fallat, teſte Neratio *in l. 2. ff. de jur. & fact. ignor.* & tamen vel minima circumſtantia totum jus variet; proindè maximè hìc accurata jus dicentis circumſpectione opus erit: Præprimis in cauſis criminalibus, in quibus non de glande legenda, aut tritico vel oleo legato, ſed de fortuna, exiſtimatione & vita hominis agitur. Carpzov. *in prax. Crim. part. 3. quæſt. 103. num. 3.* In his autem cauſis ſuo ambitu Merum Imperium etiam hanc cognitionem ſub ſe complectitur, uti colligitur ex *l. 6. in pr. ff. de offic. Proconſul.* ubi JCtus dicit: *cuſtodiarum audiendarum mandatum eſſe extraordinarium, neminem enim poſſe gladij poteſtatem ſibi datam ad alium transferre.* Neque exindè quod per poteſtatem gladii merum imperium definit JCtus *in l. 3. pr. ff. h. t.* jus de criminibus cognoſcendi & judicandi ab illo rectè quis ſecluſerit, ut perperam olim & noſtris temporibus nonnulli fecerunt, quos recenſet & notat Bachov. *dict. Diſp. 3. theſ. 3. lit. C.* Wiſſenb. *dict. Diſp. 6. theſ. 6.* In criminibus autem cognoſcendis apud Romanos tempore liberæ reipublicæ ſingulari planè forma & ordine procedebatur, id quod ſatis colligitur ex ipſo *pr. Inſt. de publ. judic.* quando Juſtinianus inquit, quod *publica judicia neq; per actiones ordinentur, neq; quicquam ſimile habeant cum cæteris judiciis* (puta privatis) *magnaq; diverſitas fuerit eorum & in inſtituendo & in exercendo*, de qua veteri forma conſulendi Carol. Sigon, *ſing. libr. de judic.* Nicol. Gruch. *de Comit.*

XXXVI.

In civilibus cauſis ab initio ipſe Magiſtratus cognitionem integram tàm facti quàm juris in propria perſona expediebat: aucta verò urbe & multiplicatis civibus cum propter negotiorum multitudinem utrique non ſufficeret, vel etiam viliſſimæ cujusvis cauſæ inquiſitione occupari indecorum putaret, de cauſæ juſtitia tantum regulariter cognovit, facti verò cognitionem in plerisque, vid. *l. 1. de extraord. cognit.* judici Pedaneo commiſit ſecundum præſcriptam formulam judicaturo, qui proinde nō jurisdictionem habebat, ſed tantum Notionem, h. e. poteſtatem de facti veritate cognoſcendi & ſecundum formulam à Magiſtratu præſcriptàm judicandi, vid. omninò Vultej. *de jud. lib. 1. cap. 4. n. 41. & ſeqq. cap. 3. num. 14. & ſeqq.* It. *lib. 2. cap. 4. num. 454. & ſeqq.* Ex quo apparet pedaneum judicem à nonnullis perperam confundi cum mandatario jurisdictionis, vid. Vultej. *dict. lib. 1. cap. 4. num. 39.* Quamvis enim nec hic proprio jure habeat jurisdictionem: eam tamen mandantis vice & nomine exercet, adeoque jus dicit *l. 1. §. 1. l. 3. ff. de offic. ej. cui mand. jurisd.* Item ſententiam ſuam ipſe exequitur *dict. l. 1. & l. f. eod. tit.* & judicem dare poteſt, *l. 12. §. 1. de judic.* Quæ omnia ſecus ſe habent in judice pedaneo *l. 15. pr. ff. de re judic. l. 5. C. de judic.* Sed ſublato jam antè Juſtiniani tempora pedaneorum judicum uſu, Magiſtratus etiam hanc partem iterum ſuscepit, vid. *l. 2. C. de ped. jud. ibiq. Dd.* quam & hodie expedit, ita tamen ut negotiorum multitudine impeditus adhucdum certam litis partem vel totam etiam cauſam committere & delegare ſoleat aliis, qui Commiſ-

ſarii

ſarii dicuntur, de quibus Rutger. Ruland. *in tract. de commiſſ. part. 1. lib. 1.* Horum poteſtas ex literis commisſionis, earumque tenore haurienda: Interdum enim ſola notio, interdum etiam deciſio ipſis committitur Carpzov. *de proceſſ. tit. 2. art. 3. n. 21. & ſeqq.*

XXXVII.

Cognita cauſæ veritate, etiam Juſtitia ejusdem venit inquirenda, quid eo in caſu LL. ſit ſtatutum aut conſuetudine obtineat, *l. 3. de reſtit. in integr.* Magiſtratus enim qui Jurisdictioni præeſt, legum miniſter eſt, non arbiter, cui proinde cavendum, ne aliter ſtatuat, quam legibus aut moribus eſt proditum *l. 13. C. de ſent. & interloc. auth. jubemus C. de judic.* Quod ne fiat in cauſis criminalibus, ſi fortè ratione ipſius cauſæ vel pœnæ dubium oriatur antè illarum deciſionem, judices jubentur collegia Jurisperitorum conſulere in *Ordin. Crim. part. 3. quæſt. 116. num. 2. & ſeqq.* quod etiam nonnullorum locorum ſtatutis expreſsè ita ordinatum reperitur, uti de Saxonia teſtatur Carpzov. *dict. loc.* de Würtenbergia Dn. D. Lauterbach. *dict. diſſert. §. 4. n. 9.*

XXXVIII.

Abſoluta cognitione ad officium jus dicentis pertinet, ut ſuper negotio ad ipſum delato tandem ſtatuat, idque ſua ſententia decidat & determinet. Quænam hoc in puncto ipſi ſint tàm ratione concipiendæ quàm

judicem tantum pronunciaſſe de facto, puta *reum videri feciſſe*, vel *in legem* commiſiſſe, eamque ſententiam tacito intellectu ſecutam fuiſſe pœnam legitimam, *l. ſi Præſes 32. ff. de pœn.* Non autem defungitur qui jurisdictioni criminali præeſt ſententiam ferendo, ſed inſuper illa executioni danda, reoque promerita irroganda pœna, ſine qua, quod Jurisdictio hæc intendit, crimina non coercentur: Indè tota criminalis jurisdictio nomen Meri Imperii aſſumpſit, hocque illi eſſentialitèr ineſt Bachov. *dict. diſp. 3. theſ 3. lit. C. verſ. ſed plenius.* quod definiente JCto in *l. 3. pr. ff. h. t.* conſiſtit *in poteſtate gladij ad animadvertendum in facinoroſos*, quam deſcriptionem latè explicat Stephan. *dict. tract. lib. 1. cap. 6. numer. 69. & mult. ſeqq.*

XXXIX.

In civili Jurisdictione hoc ſecus ſe habet, utpote quæ tota poſita eſt in cognitione & ſententia, Vinn. *dict. tract. cap. 1. num. 9.* Cui ſi judicatus pareat nullo planè opus eſt imperio; ſi verò per contumaciam ſententiæ parere recuſet, ne ipſa cum Magiſtratus contemptu reddatur eluſoria, tunc demum vi Imperii, quod junctum huic jurisdictioni extrinſecus, illius tuendæ & exequendæ gratia, & indè Mixtum *in d. l. 3. h. t.* vocatur, pronunciatum executioni datur & refractarii coercentur. Mixtum itaque imperium nihil eſt aliud quam poteſtas publica in cauſis civilibus ſtatuta & judicata modica coercitione tuendi & exequendi, vel manu militari. *l. 68. ff. de rei vindic. l. 3. pr. ff. ne vis fiat ei, qui in poſſ. miſſ.* vel pignorum captione, mulctæ dictione, aut corporis detentione *l. 9. §. fin. ff. ad L. Jul. pecul.* Hoc ipſum jurisdictioni

dictioni quidem indiſſolubili vinculo adhæret, ita ut nullus jurisdictionem habeat, quin ſimul ad eam defendendam inſtructus ſit hoc imperio *l. ult. §. 1. ff. de offic. ej. cui mand. jurisd.* actus tamen utriusque ut nomine, ita etiam re ipsa ſunt & manent diſtincti, ut neque quod Jurisdictionis eſt imperio, nec quod imperii eſt, jurisdictioni rectè tribuatur. Vid. Vinn. *dict. tr. cap. 7. num. 3. & ſeqq.*

XL.

Jurisdictionem eum præcipuè in finem exercet Magiſtratus, ut juſtitia adminiſtretur, ſuum cuique tribuatur & eo modo pax & tranquillitas in Republica conſervetur. Magiſtratus enim & judicia ideò conſtituuntur, ne quis ipſe ſibi jus dicat, aut injuriam, ſi quam paſſus eſt, propria autoritate vindicet: ſed omne id publica autoritate expediri jura volunt, ut occaſio omnis tumultus & diſſenſionis in civitate evitetur ſecundum Paulum *in. l. 176. de Reg. jur. Quid enim à bellica confuſione pax tranquilla diſtabit, ſi per vim litigia terminentur?* ex Caſſiod. Petr Faber. *ad d. l. 167. de R. J.* in ſpecie criminalis jurisdictionis finis ut crimina puniantur, homines meliores reddantur & alii per ejusmodi exempla à ſimilibus peccatis abſterreantur *l. 6. l. 20. ff. de pœn.* vid. Gell. *lib 6. noct. Attic. cap. 14.* Hinc Cicero *Pœnis*, inquit, *utimur contra delinquentes, ne quid poſthac committant ipſi, cæteri verò ſint ad delinquendum tardiores lib. 1. de offic.*

XLI.

ſeſe diffundit, ut vel ſumma ejusdem capita hîc attigiſſe, minus prolixum foret, utpotè quæ ſingula ferè ſpeciales requirunt tractatus. Referunt hûc etiam Interpretes & rectè remedia pro tuenda jurisdictione competentia, quorum tamen non pauci in eo offendunt, quod Romanis etiam Magiſtratibus, contra formam & conſtitutionem illius reipublicæ, eas quoque tribuant actiones, quæ aliis competere nequeunt, quam quorum jurisdictio eſt propria & patrimonialis, qualem illi, ut *ſupra theſ 3.* jam dictum, non habuere, ſed tantum adminiſtratoriam ex Principis vel populi conceſſione, eamque ut plurimum temporalem & non ultra annum: qui proinde in jurisdictionis exercitio turbati, ejusmodi actionibus non utebantur, ſed ubi ipſi ad eam defendendam non ſufficiebant, Princeps erat adeundus & ad eum res referenda. Bachov. *ad 1. ff. part. rubr. de effect. jurisd. num. 1. & 2.* Vinn. *dict. tract. cap. 12. num. 9.* Ad patrimonialem verò jurisdictionem defendendam hodiè competunt remedia tàm poſſeſſoria, eaque vel retinendæ, vel recuperandæ poſſeſſionis: quàm petitoria, quæ recenſent & juris textibus confirmant Matth. Stephani. *dict. tract. lib. 1. cap. 40. per tot.* Henric. Hahn. *ad Weſenbec. h. t. num. 13. verb. quod ad effectum.* Rutger. Ruland. *de commiſſ. part. 3. lib. 13. cap. 18.* Varia jurisdictionem probandi media proponit Joſeph. Malcard. *de probat. concluſ 947. & ſeqq.*

XLII.

Finitur & extinguitur Jurisdictio pro diverſa ejusdem conditione & qualitate, diverſis modis. 1. Tempore, ſic olim Prætoris jurisdictio non durabat ultra annum *pr. Inſtitut. de perpet. & temp. act.* 2. Morte, & quidem

quidem ejus, qui jurisdictioni præeſt, perſonalis ſive administratoria ſemper extinguitur, tam propria, quam mandata *§. 10. Inſtit. mandat.* Morte verò concedentis propria & ordinaria non finitur, cum ab officio potius, quam perſona conceſſa videatur *cap. 2. de offic. legat. in 6o.* At mandata morte mandantis re adhuc integra. *l. 6. h. t.* ibique Brunnem. Bachov. *dict. comment. rubr. quib. mod. jurisd. fin. numer. 2.* ubi ſimul explicant, quando res integra eſſe deſinat, ita ut poſt mortem etiam mandantis in jurisdictionis exercitio licitè pergere poſſit mandatarius. 3. Revocatione concedentis, à cujus arbitrio & voluntate illa pendet: non tantum mandata *arg. l. 58. de judic. juncta. l. 6. §. 1. ff de offic. Proconſ.* licet lis jàm fuerit coram mandatario conteſtata uti contra Scip. Gentil. probat Bachov. *dict. loc. num. 6. & ſeq.* Sed etiam jure Romano propria, utpote, quæ ſimpliciter à conceſſione Populi vel Principis dependebat. Hodie verò ut patrimoniali quis privari poſſit, juſta & ſufficiens requiritur cauſa, ſi ſcilicet jurisdictionem habens ea non rectè fuerit uſus, vel juſtitiam planè non adminiſtrando, aut ſubditos ſuos nimium gravando, aut alia ratione excedendo Mynſing. *cent. 5. obſer. 8. per tot.* Gail. *de Pac. publ. lib. 1. cap. 2. num. 20. & ſeqq.* Vultej. *de judic. lib. 1. cap. 4. num. 32.* adde Bachov *dict. loc. num. 9.* 4. Præſcriptione, eo ipſo enim, quo unus ita juris-

Ad Generoſum

Atque omnibus Virtutibus Illuſtrem Diſputationis Autorem & Defenſorem.

DUm Sanctas ſepelit L*EGES* *furialis* E*NYO*
Et præ bellorum ſtrepitu non C*URIA* J*URIS*
Exaudit voces Themidosq; Oracula pandit,
Ingentes animos M*AGNIS* M*AJORIBUS æquat*
Auſibus excelſis LANCKEN, *humerosq; ruenti*
Strenuus opponit Sæclo, ne dira triumphet
Barbaries Æquiq; ferox exterminet artes
Biſtonius, pereatq; feris A*STRÆA* *maniplis.*
Sic Themidi Spes tota redit: Sic nuper Olympi
Ardua Stelligeri melius librata pependit
Machina, nec rutilis Orientia Signa maniplis
Fatales metuére obitus Attlante remoto
Magnus ut Oechaliæ Victor Tirynthius axem
Suſtulit & dubia titubantem mole levavit.
Vindice ſic tanto roſei Pirrhous & Æthon
Blandius elato ſurgent temone, fluetque
Fons Aganippéa melior Permeſſius unda.
At qui nunc noſtris longum diſcedis ab oris
Seu procul hinc M*EDIÆ* *Terræ jactaberis undis*
Seu quadrupes T*E* *tollet humo: Tibi vota ſecundet*
Æolus, aut facilem Latii terat ungula campum,
Aonius famulas ſupponat Pegaſus alas
Perque Thetyn terrasque vehat, quocunque perennis
F*AMA* *volet. Si non pateant ſatis oſtia Phœbi*
Hic ubi diffundit primos aurora calores
Sponte fores pandat patulas brumalior Urſa,
Decolor aut ſero qua cingitur India Gange.

appoſuit

JOHANN-WOLFGANG Jäger.

F I N I S.